



1 2

INCIPIUNT  
CONSVETVDINES  
FEVDORVM.  
LIBER PRIMVS.

**H** V I V S libri a<sup>u</sup>ctorem esse Gerardum Nigrum, argumento est tit. 1.9. quo improbat<sup>u</sup>r feudum d<sup>i</sup>ctum lege commissoria, & tit. 2. §. penult. & 4. §. vlt. quòd si in dando feudo conuenerit, ut liberi masculi, & femina id obtinere possit, & uasallus moriatur relicto filio, & filia, filius praefertur: uiraque enim sententia Gerardo tribuitur lib. 4. tit. 6. 3. & 66. Oberto de Orto displicuit. Non est igitur hic liber Oberti, sed Gerardi: uterque fuit consul Mediolanensis. Otho Frisingensis 2. de rebus gestis Frederici, cap. 12. Aderant, inquit, Gumanorum, seu Laudensium consules, de Mediolanensium susperbia facientes querimoniam, praesentibus duobus Cof. eiusdem ciuitatis, Oberto de Orto, & Gerardo Nigro. Libri tamen 2. & 3. auctorem Obertum esse negare non possumus. Lib. 4. est ex variis, & incertis auctoribus. Continentur his libris mores, quibus in feudorum causis Ligures, siue Longobardi utebantur: qui plerumque faere diuersi: ut ecce, Cremona, Ticini, Mediolani, uasallus feudum poterat alienare sine uoluntate domini, Mantua, Verona, & alius quibusdam locis exigebatur consensus domini. Rursus Placentia, qui militem inuesterat de feudo hac lege ne in successorem transfret, non poterat eo uito sine eius uoluntate alium de eodem feudo inuestire, Mediolani, & Cremona se uis. Et

\* Cuius populi, aut gentis sunt consuetudines, & qua autoritatem habeat hic liber, uide lib. 2. tit. 1. infra, & quauislibet scripsi.

hos quidem Italia mores, & ius, quòd his libris digestum est, alie gentes si qua in re propriis moribus deficiantur libenter obseruant, ut idem plane de his libris statuere possit, quòd de lege Rhodia Imperator Antoninus, eam in rebus nauticis Romanos sequi, nisi si qua in re aduerserit iuri publico populi Romani. & nos quoque ius feudorum, quo Italia utitur, sequimur non inuiti, nisi si qua in re pugnet cum legibus, aut moribus nostris. Constitutiones autem Imperatorum de feudis, quas his libris Hugolinus inseruerat, Odofredo teite, quibusque nos alias adieciimus proprio libro: id est, quinto, conclusimus. Intellecta igitur librorum partitione, materia auctoribus, pretium cura est, de feudis nomine, & definitione, ut statuamus aliquid. Fundum quidam dixerunt feudum, ut Guillelmus Imperator in constitutione quadam in Chronicis Flandris relata, per quam terris Imperialibus priuatur Margarita Comes Flandris ob fidem non praestitam. Vt, inquit, eadem Comitis in feudum tenuit. Vocem sane feudi Isidorus a federe deduxit. Obertus autem a fidelitate, uel fide: quod rectius puto, uel eò maxime, quòd hi, qui rem a domino iure feudi acceperunt, dicantur esse eius Leudes, siue Leodes, quod est Francorum lingua, Ses leaux, ou loyaux. Anon. 3. cap. 81. Guntranus fuit leudis suis beneuolus. Et lib. 4. legum Gottharum, tit. 5. Si inter leudes in expeditionibus constitutus de labore suo aliquid adquisierit: & in exemplo pactionis habita intra Guntranum, & Childebertum reges apud Gregorium Turonensem lib. 9. Leudes illi, qui domino Guntrano sacramenta praeberunt, & inserui: Conuenit ut nullus aliterius leudes, nec fidei, nec uoluntatis excipiat, & eiusd. lib. 8. Credo alicuius ex leudibus nostris esse filium: & 3. A leudibus suis defensus est. & lib. 2. Hac dedit leudibus eius. Vnde puto Germano feudum appellare Leudum, siue Lehen. Nam & pari ratione uidem illi leudes, feudales dicuntur, quòd est Francorum lingua, Feaux, & feudum ius, siue res cuius acceptio fidei dominis exhibenda uinculo constringuntur. Fideles his libris, sepe, quo nomine olim serui nuncupabantur: & uerò milites etiam, qui quid in feudum acceperunt, seruos imitantur: non tamen si serui non sint, seruiunt tamen, & seruitus debent, qua duo sunt diuersa: l. v. in ff. de usufruct. leg. Seruum scilicet esse, & seruitus, seruitus, & seruitus. Potestas domini seruitutem, patientia seruitutis, seruitutis facit. Vasalli igitur non sunt serui: sed uerò serui, ut Aeschylus loquitur: licet saepe homines nostri dicantur: quia tamen ea appellatione proprie serui significantur, recte dixerit non tam eos, qui quid a nobis iure feudi possident, homines esse nostros, quàm nobis hominum debere, qua uox hominij concinnior est, quàm hominij, qua utuntur Robertus in Supplemento Chronicorum Sigiberti, Helmodius in historia Saluorum, Otho, & Radeuicus, & Abbas Vrspergensis saepe, & Fridericus Imperator ad Orthonem Frisingensem: Homini, inquit, ac fidelitate nobis facta, coronam regni de manu nostra Petrus Rex Danorum suscepit. Sed & Walli, & Vasalli nomen, quòd eisdem competit, seruitutem significat, siue conuentionem, cum deducatur non ex eo, quòd sint quasi in uasario nobilitum, & uasa eorum, instrumentaque censantur: sed à Germanica, & ueteri Gallica uoce Cessele, qua significatur comes, qui & nobis seruit mercede certa, unde Gessutas populos Gallica lingua nuncupatos, Polyb. 11. & Plutarchus in M. Marcello scribunt. Licet autem mercenarij, aut uasalli serui non sint: tamen ut serui appellatione mercenarij continentur, ita & uasalli. Mercenarij, quos etiam uocantur ambactos, seruorum loco esse probat l. 4. ff. de usu & hab. adhibita interpretatione Theophilij in §. 1. eodem & ita Graeci accipiunt l. 1. familia. ff. de vi, & vi arm. & confirmatur d. l. 1. §. si filius familiae & ea ratione furti non tenentur, l. si libertus. ff. de furt. l. respiciendum. §. furta. ff. de pennis. Placet ergo nobis Stoicorum sententia, l. 1. §. Langob. de exercit. l. 17. de eo, qui alij antest. desertionem exercitus. Theodulphus in Chronicis, D. Ppinum regem in exercitu derelinquens & id quòd Theodisica lingua Harilist dicitur. Idem Hermannus Comes lib. de origine Francorum Heribanni quantitatem definitus, Carolus legum Langobardarum lib. 3. Fridericus pro ea partitionem certam redditus feudi, infr. lib. §. Bannum est generale nomen, quo significatur edictum, siue citatio. Heribannum speciale, citatio nempo ad edictum. Vtrique nomine significatur etiam poena edicto non obtemperantis. Igitur Heribannum non tantum edicto delictus est, sed etiam poena non respondentis ad edictum, quam & Herilchuldum Germani uocant, Auctoris teste. Sed, ut alius etiam differant iure clientes, & uasallos exequamur, clientes praedia sua pleno iure possident, uasalli praedia feudalia usufructus tantum iure perpetui, uel temporarij, proprietatis est dominium, à quibus praedia acceperunt beneficij iure, iuramentum dicitur cum Oberto lib. 3. quòd interpret uile dominium uocant, propterea quòd uasallus rei in feudum data uilem, non directam uindictationem habet: u. iust. 2. tit. 8. §. 1. qua tamen ratio uile dominium non inducit, & uerior est Conrad sententia lib. 4. tit. de alie. part. feudi. nullum esse uile dominium. Clientes dabant se in fidem patronorum, & ab eis serabant sportulas, uel cenam rectam. Vasalli uel uirto fidem suam nobis offerunt, cessa proprietate bonorum suorum, uel nos collatis in eos praedijs nostris, fidem eorum edigimus, & sequimur sportulas, uel cenam à nobis non seruant, nisi qui feudum, qui dicitur de camera, uel caeuena, quòd serf non est feudum, edigimus, in sportulas damus, qua Soldata dicuntur, lib. 2. tit. 10. à Gallorum & Germanorum antiqua uoce Sold. nam & Cesar ipse scribit Gallos esse deictos, quos illi Soldarios appellant, quorum, inquit, hac est conditio, ut omnibus in uita commodis una cum his fruamur, quom se amictus dederint, si quid iis per vim accidat, aut eundem casum uia ferant, aut sibi mortem consciant. Robertus in Supplemento Sigiberti. Sumpit Henricus rex pecuniam de feudo uniuersitatisque lorica. Capitales Barones secum dixit. Soldario uerò milites in numero. Otho 1. cap. 31. Hospites, quos nunc Soldarios dicimus, Radeuicus 3. cap. 10. Vt largitione pecunia milites, qui solitarij